Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pagos qui quatuor milia uirorum. Et re
uersi sunt ad castra. Dixerunt que ma
iores natu de israel. Quare percussit nos
dominus hodie coram philistiim.
Afferamus ad nos de silo archam fe
deris domini. Et veniat in medio nri.
ut saluet nos de manu inimicorum
nrorum. Misit igitur populus in silo. Et tulerunt
inde archam foederis domini exercituum se
dentis super cherubim. Erantque duo filii
heli cum archa federis dni. ophni et phi
nees. Cumque venisset archa federis dni
in castra. uociferatus est omnis pplus israel
clamore grandi. et personuit terra. Et au
dierunt philistiim uocem clamoris.
dixerunque. Quae nam est hui uocis clamo
ris magni in castris hebreorum. Et cognou
erunt quod archa federis dni uenisset in
castra. Timuerunque philistiim di
centes. Venit dis in castra. Et ingemu
erunt dicentes. Ve nobis. Non enim
fuit tanta exultatio heri et nudius
tertius. Ve nobis. Quis nos
liberabit de manu deorum istorum.
Hi sunt dii qui percusserunt egyptiis
omni plaga in deserto. Confortamini et
estote uiri philistiim. ne seruiatis he
braeis. sicut illi seruierunt nobis. Confor
mini et bellate. Pugnauerunt ergo phi
listiim. et cesus est israel. et fugit unusquis
que in tabernaculum suum. Et facta est pla
ga magna nimis. Cecideruntque de israel
XXX. milia peditum. et archa dei capta
est. duoque filii heli mortui sunt.
ophni et phynees. Currens autem uir
de tribu beniamin exercitu uenit in sy
lo. in die illo scissa uestis. et conspersus
puluere caput. Cumque ille uenisset. heli
sedebat super sellam contra uiam ex
pectans. erat enim cor eius pauens
pro archa dei. Vir autem ille postquam in
gressus est nuntiauit urbi. et ululauit oris
omnis. et audiuit heli sonitum cla
moris. dixitque. Quis est hic sonitus
clamoris tumultus huius. At ille festi
nauit et uenit. et nuntiauit heli. Heli
autem erat nonagenarius et oculi eius caligauerant. et uidere non
poterat. et dixit ad heli. Ego sum qui
uenio de proelio. et ego qui de acie fugi ho
die. Cui ille ait. Quid actum est fili
mi. Respondens autem ille qui nuntia
bat. fugit israel coram philistiim.
et ruina facta est in populo. Insuper et duo
filii tui mortui sunt ophni et phinees.
et archa dei capta est. Cumque ille no
minasset archam dei. cecidit de sella re
trorsum iuxta ostium. et fractis cer
ibus mortuus est. Senex enim erat nimis
et grauatus. et ipse iudicauit israel. XL.
annis. Nurus autem eius uxor phinees
praegnans erat. uicinaque parere. et au
dito nuntio quod capta esset archa dei. et
mortuus esset socer suus et uir suus.
incurbauit se et peperit. irruerant enim
in eam dolores subiti. Instante autem mo
mento mortis eius. dixerunt ei quae sta
bant circa eam. Ne timeas. quia peperisti
filium. Nec non respondit eis. nec eum
adiuuare uolebat. et uocauit puerum Icabod
dicens. Translata est gloria dei de israel.
quia capta est archa dei. et propter socerum
et propter uirum suum. Translata est gloria
dei abeo. eo quod capta esset archa dei.

Philistiim autem tulerunt .V.
archam dei. et asportauerunt eam
a lapide adiutorii in azotum.
Tulerunque philistiim archam dei.
et tulerunt eam in templum dagon.
et statuerunt eam iuxta dagon. Cum
que surrexissent diluculo azotii alia die
ecce dagon iacebat pronus in terra ante
archam dei. et tulerunt dagon. et re
posuerunt eum in locum suum. Et cum
mane die alio consurgentes inuenerunt
dagon iacentem super faciem suam
in terra coram archa dei. Caput autem
dagon et due palme manuum eius
abscisae erant super limen. Porro dagon
truncus solus remanserat in loco